EPIDORPIS COLLEGII FEUDALIS PUBLICI

exhibens

Quæstiones Juris Feudalis maximè controversas, ex singulis Dispp. binas, num. XIIX.

Quas

Permissu Nobiliss. & Ampliss. JCtorum Ordinis

Præsidente

Viro Magnifico, Nobilissimo & Amplissimo,

DN. DOMINICO ARUMÆO,

JCto Celeberrimo, Hereditario in Lobedaw & Jeschwitz/ Consiliario Saxonico, Facultatis Juridicæ Seniore, Curiæ Provincialis & Scabinatûs Adsessore in inclytâ hac Salanâ Eminentissimo &c. Dn. Adfine, Præceptore & Promotore suo æternùm devenerando,

publicæ censuræ submittit

M. HIERONYMUS Brunner/

ad diem 28. Sept. horis locoq; consuetis.

JENÆ,
Literis WEIDNERIANIS,
ANNO 1632.

D. C. A.

Instituti ratio.

REfert Joh. Guilelm. Stuckius, insignis antiquitatum Promuscondus, *in li. 3. antiquit. Convival. c. 2. in pr.* mensas secundas Veteres adhibuisse triplicem ferè ob caussam: primò ad convivantium famem sitimque jam extinctam quasi rursus accendendum & irritandum, *teste Galen. 1. de alim. & Aristot. sect. 22. problem. 6.* secundò ad commodiorem ciborum concoctionem & digestionem; tertiò in honorem Deorum. Quam verò cunque ex iis libet adsumere rationem, patet, non ineptè hanc summæ manûs operam per translationem nomine Epidorpidis insigniri. Etenim solennes agimus jam grates Omnipotenti DEO pro concessâ clementiâ, cujus beneficio Collegium hoc absolutum dedimus: ruminamus deinde gratoque recondimus pectore juris Feudistici libamina, à Magnifico Dn. Præside antehac digesta & tàm fideliter nobis iterum ingesta: insinuamus denique ardens desiderium ulterioris φιλομαθείας, cum hæc res, cœlesti favore, jam adimpleta sit & tàm feliciter ceciderit. Quare carpite mecum, Viri-Juvenes genere, virtute & humanitate spectatissimi, linguis animisque faventioribus apposita hæc Feudalis Lauri folia.

I.

Ancipiti judiciorum lance trutinant Feudistæ controversiam; an jus Feudale sit authenticum, necnon vim & effectum juris habeat? A.

Siquidem I. ab Impp. fuit approbatum tàm expreſsè, quàm tacitè: expreſsè, ſi Odofredo *in auth. caſſa C. de SS. Eccleſ.* contra Carol. Molin. *in conſuetud. Paris. tit. 1. in pr. n. 103.* habenda fides: Fridericus II. creditur mandaſſe Dd. Bononienſibus, ſecundum alios Papienſibus, ut rude & indigeſtum Feudorum chaos in certam formam redigerent *Laur. Sylvan. de recogn. feud. q. 1. n. 5. & ſeqq. Claud. Seyſell. in ſpec. feud part 1. c. de autor. libr. feud. verſ. item & quia pag. m. 23. ubi plur. all.* Tacitè, quia clariſſimi juris eſt, quod ubi præſens quis contradicendo actum impedire poteſt, nec illum infringit, ſed tacet, talem pro conſentiente haberi *l. ſæpè 63. verſ. ſcientibus & verſ. cur a. ff. de re judic.*

At in Curiâ Cæſar. caſus feudales ſecundum jus hoc feudale deciſos eſſe & etiamnum deciſionem ſortiri ſuam, conſtat; id quod vim expreſſæ approbationis habet *auth. quæ in provincia C. ubi de crimin. ag. oport. Sylvan. d. q. 1. n. 12.* II. quia Pontificum decretis quoque quàm plurimis comprobatæ ſunt conſuetudines feudales *c. cæterum 5. c. novit. 13. verſ. non n. de judic. c. quæ in Eccleſiarum 7. de Conſtit. t. c. ad audientiam 13. c. ſi diligenti 17. de præſcript. Sylvan. d. q. 1. n. 3.* III. quia uſus Feudorum in omnibus curiis & judiciis ex communi obſervantiâ ſunt recepti, adeoque temporis immemorialis curriculo pro authenticis in conſultando, decidendo & judicando habiti, *jun. l. hoc jure 3. §. ductus 4. ff. de aq quot. Laur. Sylvan. d. q. 1. n. 27. Seyſell. d. c. de autor. lib. feud. in pr.* Propterea & IV. in Academiis libri Feudorũ magno apparatu toties & à tot Dd. Celeberrimis prælecti ſunt & explicati, quorum Catalogum texit Rittersh. *in proleg. partit. feud p. 16.*

Atque

Atque hanc affirm. communem dicit *Sylvan. d. q. 1. de recognit. feud. n. 57. eamq; tenet præter alios Schrad. p. 1. de F. q. 1. Carol. Molin. in consv. Paris. tit. 1. in pr. à n. 100. Duar. c. 1. de F. n 5. Facbin. 7. controv. c. 2. Niell. disp. 1 feud. th. 5. lit. b. Giphan. de jure feud. c. 1. à n. 9. Obrecht. disp. 1. feud. c. 1. Magnif. Dn. Præses disp 1. feud. th. 1. D. Finckelthaus disp. 1. feud. contr. 8. D. Schultz in syn. jur. feud. c. 1. n. 10. & seqq. cum alleg. n. 12.*

II.

Pulcra & subtilis est speculatio; an sit de substantia Feudi, ut proprietas rei feudalis penes Dominum maneat, & ususfructus solus in Vasallum transeat? N.

Dicimus ergò & rei proprietatem per pactum in Vasallum transire posse, quia proprietas rei non tribuit feudo substantiam, sed potiùs fidelitas, quia sine dominio potest consistere feudum, sine fidelitate non item *Duar. c. 2. de feud. n. 8.* Licet itaque proprietas, tanquam naturale feudi, per conventionem transferatur in Fidelem, natura saltem feudi non substantia mutatur, hocque pactum servandum èst. *Duar. d. l.* ut nihilominùs verum sit feudum, sed improprium *Molin in consu. Paris. tit. 1. in pr. n. 115.* non purum & proprium, sed alteratum & habens impropriam naturam feudi *Seysell. in spec. feud, c. de definit. feud. pag. 66.* Deinde quia regulariter quidem & ut plurimùm proprietas feudi penes Dominum residet, ut arctiori amore, honore & timore Vasallus obstringatur Seniori; quod cum favorem Domini concernat, nónne is suo favori renunciandi habebit licentiam? *per l. pen. C. de pact.* Tertiò quia signa, quæ actus dubios discernunt, & ex quibus eosdem dignoscimus, feudum denotantia in hoc casu manifestè relucent, investitura nempè & fidei servitiorumque præstatio;

 quæ

quæ omnia interveniunt, etsi proprietas transeat. Quapropter Dominus hoc in casu retinere videtur proprietatem, non quidem verè, sed propter fidem & servitia fictè. Denique per *text. express. in c. un. de feudo non hab. propr. feud. nat. 2. F. 48. Add. Schrad. p. 2. c. 2. n. 29. 30. & 31. Duar. Molin. Seysell. dd. ll. Magn. Dn. Præs. disp. 1. f. th. 36. D. Finckelth. disp. 1. feud. controv. 4.*

III.

Celebris quoq; viget inter FF. concertatio; an Feudum emtitium (a) *sit Feudum proprium, an improprium? A. poster.* (b)

(a) Quia Feudum emi posse confirmat tùm textus *in c. un. de natur. feud. 1. F. 7. c. un. de feud. datis minim. Valvas. 1. F. 16.* tùm ratio, quia naturalia feudi, salvo jure substantialium, conventione mutari possunt. At naturale saltem feudi est, ut gratis concedatur *Duar. c. 2. de F. n. 5. Magn. Dn Pr. disp. 1. f. th. 39.* Dominus namque etsi non gratuitum, beneficium tamen præstat *per l. Titius puerum 3. ff. de obseq. par. præst.* si v. c. vendat alicui feudum centum, quod mille valet.

(b) Quia talis concessio non est merè gratuita à priori, adeoque nec beneficium propriè dici potest, quod debet esse gratuitum *arg. l. 1. in fin. ff. mand. l. 1. in pr. ff. de donat.* Hinc Aristoteles Viri liberalis esse dicit, dare τοῦ καλοῦ ἕνεκα *4. Eth. N. 1. §. 9.* ὁ δὲ διδοὺς, subjiciens, μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διά τινα ἄλλην αἰτίαν οὐκ ἐλευθέριος *d. §. 9.* Atqui feudum species est beneficii, *c. un. sub fin. in quib. caus. feudum amitt. 2. F. 23.* quod non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini acquirendum est. *c. un. in pr. de feud. dat. in vic. leg. commiss. 1. F. 27.* Deinde talis concessio non est propriè benevolentia seu benevola actio, spontaneâ voluntate concedentis suscepta, sed spe pecuniæ elicita & provocata; quod

quod iterum notissimos beneficii terminos egreditur, si modò verum illud Aristoteleum. τὸ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτὸν ἐλευθερίας. 4. Eth. N. 1. §. 11. Neque datur beneficium spe tantundem recipiendi, sed simplici animo, non operâ venali *Scal. li. 3. Poet. c. 23. p. 254.* Jam verò cujusque rei origo & principium debet inspici. *l. 8. in pr. ff. mand. l. un. sub fin. C. de impon lucr. descr.* Denique pro hac sententiâ inducemus *alleg. text. c. un. in pr. de feudo dat. in vic. leg. commiss. 1. F. 27. Add. Duaren. d. c. 2. n. 5. Claud. Seysell in spec. feud. c. de defin. feud. pag. 43. Magnific. Dn. Praes. disp. 2. f. th. 5. D. Finck. disp. 2. controv. 4. D. Schultz in syn. j. F. c. 2. n. 11. & 12.*

IV.

Insignem dicit Fachineus controversiam 7. controv. 3. an distributio Feudi, quòd aliud sit Hereditarium, aliud ex pacto & providentiâ, prout vulgariter definiri utraque species consuevit, jure feudali subsistat? N.

Nam Feudum Hereditarium FF. communiter describunt illud, quod alicui & heredibus ejusdem conceditur: at feudum ex pacto & providentiâ, quandò nullâ factâ heredum mentione feudum quis pro se atque liberis impetravit. *Schrad. p. 2. c. 3. n. 19. & refert Fachin. 7. contr. d. c. 3. Vult. 1. de F. c. 8. n. 37. cum alleg. Magnif. Dn. Praes. disp. 2. f. th. ult.* Per quas Definitiones utraque species non dissidet, sed bellè & amicè penitùs conspirat, quia concessio facta pro heredibus est eadem cum concessione factâ pro liberis, quoniam κατ' ὑποκειμένην ὕλην, puta in jure feudali, vox Heredis nîl significat aliud, quàm descendentes masculos & liberos *c. un. vers. etsi clientulus de alienat. feud. 1. F. 13. c. un. §. 2. vers. pro-*

fectò

fectò de leg. corrad. 2. F. 34. c. [illegible]n. in fin. si de feud. def. content. sit inter Dom. & agn. 2. F. 26. Fachin. d. 7. contr. 3. Dec. consil. 185. n. 4. Vult. d. c. 8. n. 39. Rejectis ergò rejiculis istis definitionibus, ipsâ re retentâ propter usum quotidianum & viridem fori observantiam, dicimus *Feudum Hereditarium esse, in quo succeditur jure hereditario, non ex providentia juris feudalis, sed ex juris communis dispositione, quale feudum conceditur* zu rechten Erblehen für Erben vnnd Erbnehmen. *Feudum verò ex pacto & providentiâ, in quo succeditur jure sanguinis secundum dispositionem juris feudalis, & constituitur sub his formulis,* für sich vnd seine mänliche Leibslehens Erben / item desselben rechten Mann Stammes Schild vnd Helmslehens Erben. *Dn. Vult. d. c. 8. n. 41. Fachin. d. l. Gotofr. Ant. disp. 1. feud. th. 8. D. Finckelth. disp. 2. feud. controv. 19. Schultz in Syn. J. F. c. 3. n. 101.* Quod si dubium sit, quid in primâ investiturâ fuerit actum, meritò præsumimus feudum ex pacto & providentia, cujus rei rationes adducit *Vult. d. c. 8. n. 68. D. Finck. d. controv. 19. lit. c., add. Schrad. p. 2. c. 3. n. 31. Fachin. 7. controv. 4.*

V.

Non est inelegans aut indubitabilis quæstio; an Fœminæ res suas in Feudum dare possint? A.

Primò enim ex naturali æquitate liberam rerum suarum habent administrationem, nec minùs atque masculi bene-

beneficia in alios conferre possunt *l. donationes 31. §. 1. ff. de do. l. 4. §. 1. D. ad SCt. Vellej.* E. & feuda concedere *arg. c. un. in pr. vers. novi v. per quos fiat investit. 2. F. 3.* Deinde *per text. c. un. in pr. 1. F. 1. c. un. §. fœminam 2. F. 3. c. un. de investit. veter. & novi benef. 2. F. 91. Consil. Schrad. p. 4. c. 1. n. 59. Duar. c. 6. n. 11. Vult. 1. de feud. c. 3. n. 9. Magnif. Dn. Præs. disput. 3. feud. th. 18. Goed. disp. 4. feud. th. 1. lit. b. Gotofr. Ant. disp. 2. f. th. 2. lit. b. D. Finck. disp. 5. feud. contr. 14. Georg. Schultz in syn. J. F. c. 4. 27. cũ. all.* qui bellissimè monet ibidem, secus esse, si fœminæ ex statuto alienare prohibeantur, quia prohibitus alienare, nec potest infeudare *arg. c. un. in pr. 2. F. 3.* Unde colligitur, fœminam de jure Sax. per se sine Curatoris sui consensu infeudandi copiam non habere *n. 28.*

VI.

Magno conatu F F. contentionis funem trahunt; an usus fructus feudi, filio concessi, acquiratur patri? N.

Quoniam primò feudum concessum est specialiter filio, non patri: igitur ut ejus ususfructus acquiratur filio, est consequens, quia feudum nihil aliud est, quàm rei in feudum concessæ ususfructus *c. un. sub. fin. 2. F. 23.* Deinde quia pater filio in feudo non succedit *c. un. 2. F. 50.* At si pater hoc casu admitteretur ad usumfr. eo ipso feudum sibi acquireret, contra *d. c. un. 2. F. 23. & 50.* quod a. unâ viâ prohibetur alicui, ad id aliâ non debet admitti *c. cum quid 84. & ibi P. Peckius de R. J. in 6.* Tertiò quia tenor investituræ simpliciter in filium directus est, adeoque talis facienda interpretatio, ne feudum in effectu alii acquiratur, quàm cui & jus feudale & providentia Domini concessum voluit, nec alius invito Domino Vasallus obtrudendus; siquidem quartò si patri cedente commodo, filius exantlare deberet incommoda, servitia nempè feudalia, nîl gaudii hoc beneficium filio tribueret contra *d. c. un. in fin. 2. F. 23.* imò

 naturali

naturali æquitati vis fieret: secundum naturam quippe est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda *l. 10, D. de reg. jur.* & qui sentit onus, sentire debet commodum *c. qui sentit 55. de R. J. in 6.* Quintò quia Feuda ut plurimùm concedi solent ob militaria servitia præstanda, quorum contemplatione Dominus fortè filium elegit præ patre, qui provectioris ætatis ad obeundos militiæ labores non æquè idoneus;

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων:

Poeta ait.: adeoque non est verosimile, Dominum contemplatione patris magis, quàm filii feudum concessisse, neque ob id ab usufr. civili ad feudum rectè argui potest *ex l. fin. C. de usufr.* Atque ex hoc postremo capite tale feudum, filio concessum, censetur jure peculii castrensis *arg. l. 1. C. de castr. pec.* Ejus verò peculii usufr. non patri sed ipsi cedit filio *l. cum oportet 6. in pr. C. de bonis quæ liber.* qui intuitu hujus peculii pro patrefam. habetur *l. 2. D. ad SCt. Macedon. Schrader. p. 7. de feud. c. 6. n. 6. & seqq. Magnif. Dn. Præs. disp. 3. feud. 39. Vult. 1. de F. c. 4. n. 8. Gœdd. disp. 4. f. th. 7. Gotofr. Ant. disp. 2. F. th. 6. lit. c. D. Finckelth. disp. 5. f. controv. 20.* Diss. *Fachin, 7. controv. 77. cum ibi alleg.*

VII.

Non expeditum est hactenus; an res mobilis in feudum dari possit, ita ut cautione interveniente, de re ejusdem generis &c. restituendâ finitô vel amissô Feudo, improprium saltem Feudum constitui queat? N.

Quia regula est feudistica satis dilucida; Feudum non nisi in rebus soli aut solo cohærentibus, aut in iis, quæ inter immobilia connumerantur, consistere posse *c. un. vers. sciendum 2. F. 1* Hæ namque res naturâ perpetuæ sunt, quarum usus perpetuus esse potest, salvâ earum substantiâ, nec utẽdo

consu-

consumuntur: quale objectum desiderat verus ususfr. *pr. J. & l. 1. ff. de usufr.* Feudum verò est ususfr. *c. un. in fin. 2. F. 23.* Hinc substantiale feudi esse statuimus, ut in re immobili vel æquipollente constituatur *per d. c. un. vers. sciendum 2. F. 1. Magn. Dn. Pr. disp. 1. f. th. 36.* quippe quod definitionem Feudi ingreditur, cum Feudum sit jus re immobili vel æquipollente sub conditione fidei utendi fruendi *per d. c. un in fin. 2. F. 23. Dn. Præs. d. disp. 1. feud. th. 23.* Deinde quia cautio illa nunquam efficere potest, quò minùs res mobiles mobilium jure censeantur, *Dn. Præs. disp. 4. th. 3.* Rerum autem mobilium non est feudum, ex modò dd. proprium aut improprium, quia substantialia feudi per conventionem tolli nō possunt. E. nec istâ cautione res mobilis potest habilis fieri ad infeudandum. Neque sanè res mobilis est formæ feudi susceptiva, quia ex Philosophicis tralatitium est, non quamlibet materiam quamlibet recipere formam, aliâs ex quolibet ligno sculpere mihi debebas Mercurium, sed formam educi è potentiâ materiæ. Jam feudi materia evidenter definita est, quòd sit res immobilis vel æquipollens *in d. c. un. in fin. 2. F. 1. c. un. in fin. 2. F. 23.* Porrò ut rerum mobilium & fungibilium ususfr. de jure Civili utilitatis causa posset constitui, mediante cautione, speciali Senatûs decreto inductum est *t. t. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* In jure autem feudali neque tale decretum, neque responsum Prudentum aut Consuetudo, neque Constitutio extat ulla, sed rotunda rerum, quæ in feudum dari possunt, definitio *d. c. un. 2. F. 1.* à quo textu immotè stamus, nec vidimus hactenus, quid nos suppeditet aut supplantet. *Cujac. 1. F. 1. in fin. Duar. c. 5. n. 1. Schrad. part. 3. c. 1. n. 7. Gotofr. Ant. disp. 3. f. th. 1. lit. a. Magnif. Dn. Pr. dict. disp. 4. th. 3. Joh. Zabel. exerc. 4. feud. th. 2 lit. b.* Nec enim patrocinium solidum præstat dissentientibus *tex. 2. F. 25.* circa med. quoniam primò controversus est, & ne secundò offendat *c. un. 2. F. 1.* explicandus, nimirùm ut verba illa, *vel nummos in feudum DANDOS numeret*, hoc denotent, ut numerati nummi in Feudum dentur, id est, collocentur &

 con-

convertantur, quibus Vasallus aliud feudum emere sibi & acquirere necesse habeat. *Magnific. Dn. Præs. d. thes. 3. Zabel. d. l.*

Dissentit novissimè *D. Finckelth. disp. 1. feud. controv. 3. disp. 3. controv. 9. & disp. 7. controv. 25. lit. d.*

IIX.

Regale succedit Problema, utrum Venatio Regalibus hodiè sit annumeranda? A.

Quòd minoribus: quia ad Regalium classem meritò ea referuntur, quæ summo Principi in signum præeminentiæ conceduntur. Atqui soli Imperatori jus Foresti competere, & ab eo Ducibus, Comitib. Baronib. & Nobilib. concedi solere, juris non est incogniti. Hinc Imperator Fridericus subditis venationem interdixit, ut sibi soli & cui pro beneficio ipse concederet, reservaret *c. un. vers. nemo retia de pac. ten. 2. F. 27.* Et si piscatio regale est, multò magis Venatio, quæ longè nobilior est piscatione. Jam vero piscatio refertur inter Regalia *in c. un. quæ sint regal. 2. F. 56.*

Atque hanc sententiam defendit *Pruckman in tract. de regal. §. venatio c. 1. Heig. p. 1. qq. Jur. civ. & Sax. 15. Magnific. Dn. Præs. disput. 4. th. 15. Henning. Arnis. li. 3. de jure maj. c. 4. n. 11, Johan Camman disp. 7. de Regal. th. 65. & seqq.*

Diss. *Vult. 1. de feud. 5. n. 7. pag. 67 Obrecht disp. 5 feud. th. 190. Niell. disp. feud. ult. th 3. lit. d. Sixtin. de reg. c. 16. n. 31. D. Finckelth. disp. 4. feud. controv. 18.*

IX.

Salebrosa est controversia, si duo de eodem Feudo abusivè sint investiti & secundo possessio feudi sit tradita, an possidens beatior & potior sit existimandus? A.

Etenim

Etenim is, qui duobus nititur vinculis, fortiori jure munitus est, quàm qui nititur unico, *arg. §. sed hodiè 2. J. de adopt. §. 14. in fin. J. de hered. quæ ab intest.* Atqui posterior & jure investituræ & traditæ possessionis commodo gaudet. E. abusivè investito est potior. Deinde quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest *l. 11. ff. de R. J.* Jam verò posterior consequitur dominium utile; prior autem per investituram absque traditione nullum jus in rem acquirit, sed actionem contra Dominum, ut tradat vel rem & corporalem possessionem transferat, vel interesse saltem præstet *per c. un. in fin. 2. F. 7.*

Tertiò *per l. quoties 15. C. de rei vind.*

Quartò quia nihil tàm conveniens est naturali æquitati, quàm voluntatem Domini, volentis rem suam, sive gratuitò sive non, in alium transferre, ratam haberi *§. per traditionem 40. J. de R. D.* At Dominus post abusivam investituram etjamnum creditur rei Dominus *arg. l. traditionibus 20. C. de pact. Vid. Fachin. 7. controv. 32. Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 19. Vult. 1. de F. c. 10. n. 12. vers. quin imò. Magnif. Dn. Præs. disp. 5. feud. th. 10. Gotofr. Ant. disp. 7. feud. th. 10. lit. a. Diss. D. Finckelth. disp. 7 feud. controv. 8.*

X.

Acris aceti cupas fundunt Dd. super quæst. utrum præscriptio 30. annorum noceat Domino, volenti vindicare bona feudalia, illicitè per Vasallum alienata?

Negativa de jure videtur verior; *per c. un. §. præterea de capitul. Corr. 2. F. 40. item per c. un. in pr. vers. nos autem de prohibit. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55.* ubi principiò urgemus rationem, *quia quod ab initio non valuit, non potest tractu temporis convalescere, d. c. un. j. l. 29. l. 210. ff. de R. J.* Deinde

verba,

verba, *nullius temporis præscriptione impediente d. c. un.* particula enim universalis *nullius*, omnem omninò præscriptionem sive tricennalẽ sive quadragenariam sine ullâ distinctione submovet, ne ex illicitâ hac alienatione ad Dominum feudi & Remp. incommodum redundet. *Vult. 1. de F. c. 9. n. 12.* ubi quæstionem hanc plenè pertractat & ad tex. *c. un. verf. porrò. qualiter olim pot. feud. alien. 2. F. 9.* tripliciter respondet, *& c. 10. n. 57. pag. m. 528. Fachin. 7. controv. 61. Magnific. Dn. Præs. disp. 5. feud. th. ult. D. Finckelthaus disp. 8. feud. controv. 12. Diss. Bald. in c. un. §. præterea n. 4 de cap. Corr. Alvar. ibid. n. 5. Cujac. in d. c. un. de cap. Corr. lib. 4. de F. tit. 49. Gail. 2. observ. 160.*

XI.

Disputabilem ait Michael Grassus articulum; utrùm si Vasallus in testamento Feudum extraneo cuidam legare ausus fuerit, ab herede saltem æstimatio præstanda sit? N.

Quia 1. si usumfr. habeam eumque legaverim inutile legatum est, ait JCtus Pomponius *in l. quod in rerum 24. §. 1. de leg. 1. l. uxor 20. C. de legat.* Feudum verò est ususfructus quidam, νομοθεσίᾳ feudali introductus *c. un. sub fin. 2. F. 23. Cujac. 1. F. 1. in fin.*

Quia 2. Feudum non est dispositionis ultimæ elogio subjectum, siquidem de feudo nulla manet aut valet defuncti ordinatio *c. un. in pr. de success. feud. 1. F. 8.* Ejus autem, quod ipso jure nullum est, nullus omninò esse potest effectus, cum, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur *l. non dubium 5. C. de ll.*

Quia 3. quando legatarius rei legatæ commercium non habet, nec æstimatio ejus debet præstari *l. 39. §. fin. de leg. 1. §. 4.*

l. §. 4. ff. de legat. Feudi autem commercium nisi ex voluntate Domini & Agnatorum Legatario non competere, ordinarii juris est. *Bald. in c. un. §. donare qual. ol. pot. feud. al. n. 3 & hunc secutus Alvarot. ibid. n. 11. Fachin. 5. controv. 37. Mich. Graff. recept. sent. § legatum q. 14. n. 22. vers. contrarium v. Everhard. in top. loc. à feud. ad Emphyteus. n. 16. Vult. 1. F. 9. n. 152. Rittersh. 1. partit. feud. c. 12. q. 7. Magnif. D. Præs. disp. 6. feud. th 4. D. Finckelth. disp. 6. feud. controv. 7. Got. Ant. disp. 9. feud. th. 4. lit. b. Hamel in tr. feud. c. 4. concl. 3. à n. 52.*

XII.

Nobilis porrò est, at difficilis disquisitio; an Fœmina, cui jus successionis ex tenore primæ investituræ quæsitum est, deficientibus masculis, per existentiam masculi succedentis semel exclusa à successione feudi perpetuò exclusa censeatur? N.

Quia primò provisio Vasalli, feudum pro filiis & filiabus acquirentis, haud dubiè in casum mortis ipsius facta est, ut scil. moriente ipso superstites liberi relicti feudi participes fierent, & quidem illi; qui aliàs feudi sunt incapaces, ut filiæ; quæ si tantùm in defectum masculorum primò non existentium succederent, successio ipsarum & provisio parentis in locum admodùm angustum devolveretur. Acquirentis ergò provisio fuit ista, ut feudum ad heredes deveniat, tàm ad fœminas quàm masculos, ordine tamen successivo *fac. c. un. 2 F. 18.* Deinde in exorbitantibus à jure communi hæc est in Feudis facienda interpretatio, ut quàm proximè ad æquitatem & jus commune accedamus *arg. c. un. 2. F. 1.* At negativam suadet æquitas, eamque jus commune efflagitat. *per l.*

maxi-

maximum vitium 4. C. de liber. prater. Satis autem est, quod masculi hoc casu duplici provisione nitantur, hominis unâ ex pacto investituræ, alterâ legis, quæ potentior & hoc operatur, ut donec & quamdiu mares extant, fœminæ à successione excludantur, hacque virilitatis prærogativâ ex juris F. dispositione gaudeant *c. un. 2. F. 17.* quâ per mortem masculorum sublatâ & ipsum cessabit prælationis privilegium *arg. l. planè 14. ff. de op. libert. l. Titia 87. §. usuras 1. de leg. 2.* Licet itaque masculi fœminis semel prælati sint, easque à SUCCESSIONE, QUÆ FACTI EST, quasi supplantârint & suspenderint; non tamen ideò per existentiam masculorum protinùs à JURE SUCCESSIONIS fœminas exclusas opinari licet, & cum non excludantur, sanè masculis ampliùs non extantib. ad successionem feudi, vi primæ investituræ sibi competentem, erunt admittendæ. Tertiò per *text. c. un. §. filia de success. feud. 1. F. 8.* ubi traditur regula: *Filia non succedit in Feudo:* sequitur exceptio: *nisi investitura fuerit facta in patre, ut filii & filiæ succedant in feudum:* jam subjicitur ejusce investitionis effectus: TUNC *enim succedit filia, filiis non extantibus.* Liceat nunc subsumere sub hac generali clausulâ: at filiis è vivis sublatis (sive post mortem patris non extiterint, sive postquàm feudum per eosdem semel obtentum est, decesserint) ampliùs non extant. E. tunc utrobique succedunt filiæ. Dictio enim TUNC dispositionem ad casum expressum limitare & extremitatem temporis denotare solet, *l. 4. §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. 33. ff. de testam. tut. Bartol. ad l. 40. n. 7. ff. si cert. pet. Martin. Schick. in log. jurid. loc. 5, reg. 2. n. 89.*

Quartò per text. *c. un. vers. non enim de eo, qui sibi vel hered. suis masc. & fœm. inv. acc. 2. F. 17.* ubi dicitur: *non patet locus fœminæ in successione feudi (quod aliquis sibi & heredibus suis masculis, & his deficientibus, fœminis per investituram accepit) DONEC masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuit investitus.* Particula enim DONEC non excludit perpetuò sed temporaliter, ut & similes, *quam diu, dum,*

que-

ynnusq; Heig. p. 1. q. 28. n. 15. ejúsque dictionis hæc est significatio propria, ut actum, cui adjungitur, non penitùs removeat, sed suspendat *fac. l. 10. §. 2. ff. de condict. furt. l. 5. §. 5. ff. de A. R. D. l. 4. §. 3. vers. donec autem ff. de nex. act. Vult. 1. de feud. c. 9. n. 92. vers. secundò.*

Quintò quia ubicunque pluribus in legato vel statuto aliquid eâ conditione defertur, ut aliquis illorum cæteris præferatur, nequaquam admittuntur posteriores, donec gradu priores adfuerint, quibus demùm deficientibus proximiores ordine succedunt *per l. filius 42. §. cum filius 2. ff. de bon. libert. l. omnia 32. §. fin. de leg. 2.* Hîc autem masculi juris F. provisione potiores sunt *2. F. 17.* Igitur fœminæ admitti tum poterunt, si moriantur masculi & ampliùs non extent.

Sextò denique quia in dubio ea debet fieri intellectio, ut feudum per ejusmodi investituram concessum potiùs apud sobolem primi acquirentis maneat, quàm ad Dominum revertatur *arg. 2. F. 18.* Dominus namque, si noluit hoc casu fœminas admitti, cur non interpretatus est mentem suam clariùs, hanc legem investituræ dicendo, ut fœmina semel non admissa, perpetuò excluderetur. *Vult. d. c. 9. n. 92. vers. tertiò.* Textum *c. un. §. quin etiam 1. Episc. vel Abb. 2. F. 6.* quod attinet, primò pedem in eo figere tutò non possumus, quia ex lege, cujus varius est intellectus validum argumentum non ducitur per vulg. Deinde dicit allegata *§. 1.* fœminas ex consuetudine f. ulteriùs *non admitti*, propter qualitatem scilic. juris succedendi in feudo, masculis superstitibus, verùm easdem penitùs ab ipso jure succedendi, quod ex primâ investiturâ habent, excludi, non definit. Exclusio namque videtur aliquid amplius, omnemque spem ab eo, qui excluditur, removet, sed non-admissio spem, quæ est, ad tempus potiùs suspendit, quàm diu nimirùm aliud impedimentum superest. *Vult. 1. de feud. c. 9. n. 90.* Tertiò synca-

tivæ ET natura id postulet, atque ita vox *ulterius* non tempore sed numero successorio veniat æstimanda. *Vult. faciens cum Hartm. Pistor. 1. F. c. 9. n. 92. vers. nam quod sextò.* Denique ad clausulam generaliter conceptam *in d. c. un. in fin. 1. F. 6.* quid reponi possit, conflictus forsitan edocebit: satis enim vindiciarum pro sequiori hoc sexu; quem in hoc passu eunt defensum Celeberrimi Antecessores *Sonsbec. part. 9. n. 130. & seqq. Mynsi. cent. 5. obser. 74. n. 8. & seq. Wesenbec. c. 6. de Feud. n. 23. Vult. 1. de feud. c. 9. à n. 85. usq; ad 104. Magnific. Dn. Præs. disp. 6. th. 13. Ilic. Umm. process. Judic. disp. 18. parerg. feud. Zabel. exerc. feud. 6. th. 2. lit. f. D. Finckelth. disp. 6. feud. controv. 27. D. Georg Schultz in syn. jur. feud. c. 8. n. 70.* & in hanc sententiam respondisse Collegium juridicum Marpurgense refert Vultejus, Witebergense Heigius *p. 1. q. 26.* Lipsense D. Finckelth. d. l.

Dissentientes recitat innumeros *Dn. Vultej. d. c. 9. n. 85.*

XIII.

In ancipitem erupit disputationem quæstio; an Vasallus Feudum hypothecare possit, saltem ut exinde non subeat periculum caducitatis? A.

Cessante enim ratione legis, cessat & ipsa lex *Everhard. in loc. à cessatione rationis.* Ratio autem legis prohibentis alienationem feudi, ne vid. Vasalli suis nudati commodis Dominorum servitia subterfugiant *c. un. in pr. de prob. feud. alien. per Lothar. 2. F. 52. c. un. in pr. de prob. feud. al. per Frider. 2. F. 55.* cessat in hypothecâ, quoniam nec res nec possessio in Creditorem transit *l. si rem 9. §. propriè 2. ff. de pignor. act.* sed Clientulus, ut antea, sic etiamnum possidet & idoneus remanet, adeóque feudo propterea non privabitur, quòd illud hypothecæ nexibus illigaverit. Aliud namque est obligare, alienare aliud *l. si ad eum 35. §. Lucius 1. ff. de donat.* Vasallus

autem

autem per hypothecam obligat feudum, non alienat, cum tamen Imp. Fridericus *in c. un. verſ. callidis 2. F. 55.* diſtracti feudi translationem attendat. Licet verò quandoque contingere poſſit, ut Vaſallô ad incitas redactô nudam purámque hypothecam ſequatur translatio, tùm Vaſallum privari quidem feudo facilè concedimus, at non propter hypothecationem, ſed ob ſubſecutam alienationem, quæ cum caſualis & incerta ſit, ex incerto eventu jus certum conſtituere non poſſumus. Denique laudatus Imp. Frider. prohibet tantùm feudi oppignorationem *d. c. un. in pr. 2. F. 55. junct. c. un. §. 2. in fin. 2. F. 8.* non hypothecæ conſtitutionem: jam verò à propriâ verborum ſignificatione nobis ſtandum *l. non aliter 69. de leg. 3.* Quanquam enim tralatitium ſit, in jure F. *Alienationis* verbum latiſſimè accipi, ut eo non ſaltem veniat diſtractionis titulus, quo rei dominium transfertur, ut eſt venditio, donatio, legatum *c. un. §. donare. qual. ol. pot. feud. alien. 2. F. 9. d. c. un. 2. F. 55.* ſed etiam, quo jus aliquod conceditur, ut oppignoratio, in Emphyteuſin & dotem datio *dd. tt.* tamen, ut Vaſallus feudo privetur, alienatio tùm demum facta putatur, cum per traditionem res ex juſto titulo translata eſt *Magn. Dn. Pr. diſp. 7. feud. th. 5. & alii, quos refert & ſequitur* D. *Georg. Schultz in ſyn. J. F. c. 10, n. 74.* Atq; hanc ſententiam tenet *Magn. Dn. Pr. diſp. 7. f. th. 7. Schrad. p. 8. de Feud. c. 1. n. 25. cum alleg. nec in effectu diſſentit Vultejus poſt prolixam diſſertat. 1. de Feud. c. 10. n. 54. ubi plurimos Dd. in utramq; partem enumerat.*

XIV.

Perplexa eſt conſideratio; an refutatio Feudi invito Domino à Vaſallo tùm etiam, quando contractus feudalis per ſtipula-

Quia cum sit de natura feudi, ut id Vasallus sine Domini voluntate refutare possit *c. un. de Vasall. qui contra constit. Loth. reg. benef. alien. 2. F. 38. c. un. de Vasall. decrep. at. 2. F. 14. c. un. in fin. 2. F. 44. arg. l. cum fructuarius 64. ff. de usufr.* hanc feudi naturam nuda stipulatio non immutabit; accessoria quippe tantùm est stipulatio omnium contractuum & firmandæ obligationis caussa inventa. Quòd si fidelitatis juramentum non obstat refutationi feudi, multò minùs stipulatio impedimento erit, quia tàm fidelitas quàm stipulatio ratione rei celebrata est, ac inest conditio, si res in eodem statu manserit; neque refusatio est propriè pœnitentia, sed annihilatio feudi. *Bald. in proœm. feud. n 14. ubi movet dubia & n. 16. ubi rem decidit.* Porrò quia talis feudi refutatio fit jure feudali permittente, interserta opinio Baldi *d. n. 16.* non subsistet, dicentis, his in terminis Vasallum compellendum esse, ut interesse præstet Domino; quod enim legitimè fit, nullam pœnam meretur *l. Gracchus 4. C. ad l. Jul. de adult.* Deinde sequeretur exinde hoc absurdi, quòd de naturâ feudi sit, ut factâ refutatione Dominus interesse suum probare & à Vasallo accipere possit. *Vid. Henricum à Rosenthal. c. 9. syn. feud. membr. 1. conclus. 50. n. 16. sub lit. i. Magnific. Dn. Præs. diss. 7. f. th. ult.*

XV.

Non exigui momenti res est; an Vasallus Dominum verò de crimine accusans privetur feudo? A.

Quoniam (1.) per accusationem justam ut plurimùm Dominus grave dispendium sustinet; quæ justa causa est amittendi feudum. Hinc etiam textus in hanc rem generaliter sunt concepti, *c. un. §. 1. vers. similiter de consuet. rect. feudi 2. F. 33. c. un. §. item si delator. quæ fuit prima caus. benef. amitt. 2. F. 24.* Tàm arcta enim (2.) inter Dominum & Vasallum viget conjunctio, ut Feudatarius vi præstiti jurisj. neque vitæ neque famæ neque fortunis Domini ullo modo officere aut

jure

jure possit aut debeat, *facit text. 2. F. 5. 6. & 7.* Sic aliqui (*r.*) de jure civili certas personas propter conditionem suam accusare prohibentur, ut liberti patronos, *l. 8. in fin. ff. de accusat.* quomodo Vasallos æquiparari libertis docet *Everh. à Middelb. in loc. à libert. ad Vas. n 7. vers. decimò facit. jung. l fin. C. de delator li. 10. l. 1. ff. de his, quæ ut indign. Henr. à Rosenth. in syn. feud. c. 10. concl. 22. n. 29. Rittersh. 2. part. feud. c. 5. q. 14. vers. ampliatur autem cum quæst. seq. Magnif. Dn. Præs. disp. 8. feud. th. 14. D. Finck. disp. 10. feud. controv. 8. Georg. Schultz syn. J. F. c. 11. n. 19. vers. sed nec.*

XVI.

Ardua est dissertatio; utrum Feudum antiquum Domino apertum, propter feloniam ipsum concernentem, revocabiliter & ad vitam duntaxat delinquentis & ejus descendentium penes Dominum maneat; post mortem verò delinquentis & ejus heredum ad proximiores agnatos redeat? A.

Per text. 2. F. 78. & 2. F. 98. ubi negativam *non* abundare rectè monet Cujac. *4. Feud. tit. 98.* Consulitur enim hoc modo & Domino & Agnatis Vasalli: Dominus hanc *saltem* habet suæ injuriæ ultionem, ut commisso beneficio ad tempus utatur, sine tamen unione & consolidatione cum directo dominio. Agnatis autem (*s.*) jus ex investitione primâ quæsitum non intervertitur; neque sanè iis nocere debet

atque hoc ipsis salvum maneat, nullam habent justam conquerendi caussam, quòd Dominus interim injuriæ suæ ultionem habeat. Cui opinioni de jure quoque civili subsidium statuere possumus *in l. Statius Florus 48. § fin. ff. de jure fisc. l. peto 69. §. prædium 1. de leg. 2. l. 1. sub fin. C. comm. de manumiss. Add. Dn. Vult. 1. de Feud. c. 11. n. 147. cum alleg. Magn. Dn. Pr. disp. 8. feud. th. ult. post regul. 2. D. Finckelth. disp. 10. controv. feud. 21. & refert novissimè D. Schultz in S. J. F. c. 11. n. 66. vers. unde.*

XVII.

Nec donamus silentium inclytæ quæstioni; an Vasallus interdictô recuperandæ possessionis, UNDE VI, contra Dominum licitè experiri possit? A.

I. Namque Dominus, si Vasallum vi expellit, fidem debitam violat. E. nec Vasallus, prior à Domino læsus, obstrictus est ampliùs ad fidem, quoniam frangenti fidem fides frangatur eidem per vulg. præsertim cum Dominus & Vasallus in hoc judicentur ad paria *c. un. sub fin. 2. F. 6.* quem textum notabilissimum esse & sanctum jus continere, sed Dominis terribilem dicit Baldus *in d. c. vers. Dominus.* Quocirca si Dominus Vasallum non habet ut Vasallum, nec Vasallus Dominum ut Dominum habere cogitur *arg. c. esto subjectus dist. 95.* adeóque non Vasallus sed Dominus suam existimationem suggillat. II. quia Vasallus potest Dominum malo ordine, utpote per violentiam intrantem, accusare *c. un. vers. si verò, de milit. Vasall. qui contum. est 2. F. 22.* III. quia hoc interdictum in jure f. nullibi denegatur Vasallo; igitur ex dispositione juris communis ipsi, de possessione feudi dejecto atque ita spoliato, applicabitur *arg. c. un. 2. F. 1.* ubi ante omnia restituendus, quemadmodum ab

alio

alio quovis deturbatus, ut non videatur necesse, ad obtinendam restitutionem priùs docere de titulo. IV. quia Vasallus ex hac caussa agere posse videtur etiam ad privationem proprietatis. Nam propter apertam feloniam Dominus privatur proprietate *c.un.2. F.47. c. un. §. Domino 2. F. 26.* At vis injusta est utique aperta felonia. E. Praeterea sicut Vasallus propter fraudulentam inficiationem feudi expoliatur & privatur feudo *c. un. §. Vasallus si feudum & §. Vasallus feudum quod sciens 2. F. 26.* Quid ni versâ vice propter violentam dejectionem proprietate cadat Dominus? quod enim ille verbis exprimit, hic improbo declarat facto. Itaque si verum est, Dominum, occupantem vi injustâ praedium feudale, committere feloniam, adeóque proprietatem feudi ad Vasallum pertinere *juxt. all. c. un. §. Domino 2. F. 26. c. un. 2. F. 47.* Nónne Vasallo similiter licebit recuperandae possessionis uti remedio, si hoc malit? Non enim debet, cui plus licet, quod minus est, non licere *l. 21. ff. de R. J.* At plus est privari feudo, quàm accusari: atque hanc postremam rationem attendit *Mynsing. cent. 4. observ. 91. in fin. Rittersh. 2. part. feud. c. 8. q. 10. aliâs dissentiens d. l. 2. c. 1. q. 6.* Praeter hos jam allegatos nostrae opinionis Dd. perlustravimus *Henr. à Rosenth. c. 10. concl. 23. n. 1. 2. 3. & 4. & c. 12. concl. 12. n. 42. Duar. propter sermonis generalitatem c. 19. n. 6. Vult. 2. de F. c. 1. n. 23.* ubi possessoria recuperandae in Camera Imperiali Vasallis concedi, quotidianam experientiam comprobare ait. *Magn. Dn. Pr. disp. 8. feud. th. 15. & disp. 9. th. 8. Diss. novissimè D. Finckelthaus disp. 11. f. controv. 1.*

XIIX.

Claudat agmen isthaec interrogatio; an Reconventio in judiciis feudalibus locum habeat? A.

jurisdictio Judicis Feudalis (licet sit ordinaria, cum à lege vel consuetudine concedatur *c. un. §. insuper 2. vers. praeterea 2. F. 55 junct. l. & quia 6. ff. de jurisd.*) ad controversias feudales tantùm limitata est, quos cancellos Judici Feudali tã in convẽsione quã reconventione egredi non licet, limitata n. causa limitatũ producit effectum, per notissima. Iccircò cũ Dominus & Pares non habeant jurisdictionem nisi ex jure & usibus Feudorum, non possunt cognoscere, si talis emergat casus, quando non potest agi ex consuetudinibus feudalibus, & caussa jure feudali non nititur, sed coram Ordinario in hac specie agendum esse refert *Mynsing. cent. 4. observ. 90. ex Innoc. ad c. caeterum in fin. de judic. Add. Sonsbec. p. 14. n. 38. Vult. 2. de F. c. 3. n. 11.* ubi hanc opinionem legis instar sequendam esse sentit, 1. propter rationes juris 2. propter complurium Dd. auctoritatem 3. ob confirmationem Camerae Imp. refer. *Mynf. d. l. Magnific. Dn. Praes. disp. ult. f. th. 12. D. Finckelth. disp. 11. f. controv. 21. Rittersh. 2. part. feud. c. 9. q. 6. in fin.*

Et haec esto hujus quasi convivii seu collegii Feudalis catastrophe: ac licet iis, qui convivia parant, magna secundae mensae cura sit suscipienda, sicut optimo cuiq; Poetae ultimus actus solicitae debet esse curae; tamen hac vice nobis nõ licuit accuratius quid pangere, tùm propter temporis tùm virium inopiam, interim nîl moramur abydenas quorundam illationes, siquidem ultrò parati sumus, exhibitos ipsorum foetus molliter svaviari.

Aonidum lymphas, Puteane, ex fonte bibisti,
Quas cerebri clausas fornice, Docte, tenes.
Ex quo nunc doctae prodit doctissima lympha
Artis, ut Aonidum fons videare novus.
Jam dabis excussi Juris Colophona. Laboris,
Spondeo, percipies mox Colophona Tui.

Suo olim Competitori, nunc Fautori & Amico colendo F.

M. Christophorus Schlegelius Poet. Laur. C.

τῷ θεῷ δόξα.